cui non mortales accinebant musici, sed im̄ortales, ante quā
non Iudeae Rex laeto saltu praecedebat sed ipse Caeloꝝ Conditor
Deus. Felicē te interim Maria! quae et in terris filiū
habuisti Deū, et in Caelis eundē, tui triumphi comitē, et
applaudentē respexisti. Sed quid longius Caelestiū militū
gaudia eloqui moror. ibant illi alternantibus suavissimae
melodiae concinentibus totumq; Caelū hac voces persona-
bant. Quam pulchra es, et quā decora in delitijs
tuis o Regina tu velut aurora consurgens, tu pul-
chra ut Luna tu electa ut Sol venisti tandē!
Viden ut ad tui adventū Caelestes animae gaudeant! ut plau-
dant stellae aggratulantur Angeli ipse omniū Caeloꝝ Dn̄s
laetus occurrat! triumpha Maria Maria triumpha, te
Caelestes spiritus Reginā salutant te virginū Chori Impe-
ratricē appellant, te Divini Parentis Filius mrē venera-
tur, iterū Regina triumpha quae tunc erant tua
gaudia Virgo gloriosissima erant summa, erant im̄ensa
at vero tunc maxima fuisse arbitror, cū post suavissimos
laudentiū Angeloꝝ modulos post iucundissimos laetantiū Caeloꝝ
plausus, post ~~Civiū~~ Civiū supernorū amantissimos amplexus